Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Vita sancti Martini episcopi

urn:nbn:de:bsz:31-6697

Visual Library

INCIPIT VITA SCI MARTINI EPI·

IGITUR MARTINUS SABBARIA PANNOniorum oppido oriunduſ fuit· ſed intra italiam ticini altuſ eſt· Parentibuſ ſecundum ſaeculi dignitatem non infimiſ· gentilibuſ tamen· Pater eiuſ mileſ primum· poſt tribunuſ militum fuit· Ipſe armatã militiam in adoleſcentia ſecutuſ inter ſcolareſ a laſ ſub rege conſtantio· dein ſub iuliano caeſare militauit· Non tamen ſponte· quia a primiſ fere anniſ diuinam potiuſ ſeruitutem ſacra illuſtriſ pueri ſpirauit infantia· Nam cum eſſet annorum decem· inuitiſ parentibuſ ad eccleſiam confugit· ſeq· catecuminum fieri poſtulauit· Mox mirum in modũ totuſ in dĩ opere conuerſuſ· cum eſſet annorum duodeci. heremum concupiuit· feciſſetq· uotiſ ſatiſ· ſi aetatiſ infirmitaſ non obſtitiſſet· Animuſ tamen aut circa monaſteria aut circa eccleſiam ſemper intentuſ· Meditabatur adhuc in aetate puerili· quod poſtea deuotuſ impleuit· Sed cum edictum eſſet a regibuſ ut ueteranorum filii ad militiam ſcriberentur· prodente patre qui felicibuſ eiuſ actibuſ inuidebat· cum eſſet annorum quindecim· raptuſ et catenatuſ ſacramentiſ militaribuſ implicatuſ eſt· uno tantum ſeruo comite· cui tamen uerſa uice· dominuſ ſeruiebat· Adeo ut plerũq; ei· et calciamenta ipſe de

traheret· et ipſe detergeret·
Cibum tamen una caperent·
hic ſaepiuſ miniſtraret· Trien
nium fere ante baptiſmum
in armiſ fuit· Integer tamen
ab hiſ uitiiſ quibuſ illud ho
minum genuſ implicari ſolet·
Multa illi circa commilitoneſ
benignitaſ· mira caritaſ· pa
tientia uero atq· humilitaſ·
ultra humanum modum·
Nam frugalitatem laudare in
eo non eſt neceſſe· qua ita uſuſ
eſt· ut iam illo tempore non
mileſ ſed monachuſ putaretur·
Quibuſ rebuſ ita ſibi omneſ com
militoneſ ſuoſ deuinxerat· ut
eum miro affectu uenerarentur·
Necdum tamen regeneratuſ in
xp̄o agebat quendam boniſ
operibuſ candidatum· Aſſiſte
re ſcilicet laborantibuſ· opem
ferre miſeriſ· alere egenteſ·
ueſtire nudoſ· Nihil ſibi ex

militiae ſtipendiiſ praeter cot
tidianum uictum reſeruabat·
Iam tum euangelii non ſurduſ
auditor: de craſtino non cogita
bat· Quodam itaq· tempore
cum iam nil praeter arma et
ſimplicem militiae ueſtem ha
beret· media hieme quae ſoli
to aſperior inhorruerat· adeo
ut pleroſq· uiſ algoriſ extingue
ret· obuium habet in porta
ambianenſium ciuitatiſ paupe
rem nudum· Qui cum praete
reunteſ ut ſui miſererentur o
raret· omneſq· miſerum prę te
rirent· intellexit uir dō plenuſ·
ſibi illum aliiſ miſericordiam
non praeſtantibuſ reſeruari·
Quid tamen ageret· nil praeter
clamidem qua indutuſ erat
habebat· Iam enim reliqua
in opuſ ſimile conſumpſerat·
Arrepto itaq· ferro quo accinctuſ
erat· mediam diuidit· partemq·

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

eiuſ pauperi tribuit· reliqua rurſuſ induitur· Interea de circumſtantibuſ ridere non nulli· quia deformiſ eſſet et truncatuſ habituſ uideretur· Multi quidem quibuſ erat ſani or· [mens] altiuſ gemere quod nihil simile fecissent· Cum utiq· pluſ habenteſ ueſtire paupe rem ſine ſua nuditate potuiſ ſent· Nocte igitur inſecuta cum ſe ſopori dediſſet· uidit xpm clamidiſ ſuae qua paupe rem texerat parte ueſtitum· Intueri diligentiſſime dnm ueſtemq· quam dederat iube tur agnoſcere· Mox ad ange lorum circumſtantium mul titudinem audit ihm clara uoce dicentem· Martinuſ adhuc caticuminiſ· hac me ueſte contexit· Uere memor dnſ dictorum ſuorum quae ante praedixerat· quamdiu

feciſtiſ haec uni ex minimiſ iſtiſ· mihi feciſtiſ· ſe in pau pere profeſſuſ eſt fuiſſe ueſti tum· et ad confirmandum tam boni operiſ teſtimoniu̅ in eodem ſe habitu quem pau per acceperat eſt dignatuſ oſtendere· Quo uiſo uir bea tiſſimuſ· non in gloriam eſt elatuſ humanam· ſed bonita tem dī in ſuo opere cognoſcenſ. Cum eſſet annorum duo deui ginti· ad baptiſimum conuo lauit· Nec ſtatim militiae renuntiauit· tribuni ſui pre cibuſ euictuſ· cui contuberni um familiare praeſtabat·

Etenim tranſacto tribunatuſ ſui tempore· renuntiaturum ſe eſſe saeculo pollicebatur· Qua martinuſ expectatione ſuſpenſuſ· per biennium fere poſtea quam eſt baptiſma con ſecutuſ· ſolo ſcilicet nomine

militauit· Interea irruen
tibuſ intra galliaſ barbariſ·
Iulianuſ caeſar coacto in u
num exercitu· apud uangio
num ciuitatem· donatiuum
coepit erogare militibuſ·
Et ut eſt conſuetudiniſ· ſingu
li recitabantur donec ad mar
tinum uentum eſt· Tum ue
ro oportunum tempuſ exi
ſtimanſ quo peteret miſſio
nem· neq· enim integrum ſi
bi fore arbitrabatur· ſi dona
tiuum non militaturuſ acci
peret· Hactenuſ inquit ad
caeſarem militaui tibi· pate
re ut nunc militem dō· do
natiuum tuum pugnatu
ruſ accipiat· Xp̄i ergo mi
leſ ſum· pugnare mihi non
licet· Tunc uero aduerſuſ
hanc uocem tyrannuſ infre
muit· dicenſ eum metu
pugnae quae poſtera die
erat futura· non religioniſ gra
tia detrectare militiam·
At martinuſ intrepiduſ· immo
illato ſibi terrore conſtantior·
ſi hoc inquit ignauiae aſſcri
bitur non fidei· craſtina die
ante aciem inermiſ aſſtabo·
et in nomine dn̄i ihu ſigno
cruciſ· non clipeo protectuſ
aut galea· hoſtium cuneoſ pe
netrabo ſecuruſ· Retrudi
ergo in cuſtodiam iubetur
facturuſ fidem dictiſ· ut iner
miſ barbariſ obiceretur·
Poſtero die hoſteſ legatoſ
de pace miſerunt· ſua omā
ſeq· dedenteſ· Unde quiſ
dubitet hanc uere beati ui
ri fuiſſe uictoriam· cui prae
ſtitum ſit ne inermiſ ad prē
lium mitteretur· Et quam
uiſ piuſ dn̄ſ ſeruare militē
ſuum licet inter hoſtium
gladioſ et tela potuiſſet·

tamen ne uel ab aliorum mor
te ſci uiolarentur obtutuſ.
exemit pugnae neceſſitatem.
Neq. enim aliam pro milite ſuo
xpc debuit praeſtare uictori
am. quam ut ſubactiſ ſine ſan
guine hoſtibuſ. nemo more
retur. Exinde relicta militia
ſcm hilarium pictauiſ epiſco
pum ciuitatiſ cuiuſ tunc in di
rebuſ ſpectata et cognita fideſ
habebatur expetiuit. et ali
quamdiu apud eum commo
ratuſ eſt. Temptauit autem
idem hilariuſ impoſito diaco
nii officio ſibi eum artiuſ im
plicare. et miniſterio uincire
diuino. Sed cum ſaepiſſime
reſtitiſſet. et indignum ſe ee
uociferanſ. Intellexit uir ſcſ
altioriſ ingenii hoc eum mo
do poſſe conſtringi. ſi id ei
officii imponeret. in quo qui
dam locuſ iniuriae uideret.

Itaq. exorciſtam eum eſſe pre
cepit. Quam ille ordinatio
nem ne diſpexiſſe tamquam
humiliorem uideretur non re
pudiauit. Nec multo poſt
admonituſ per ſoporem ut pa
triam parenteſq. quoſ adhuc
gentilitaſ detinebat. religi
oſa ſollicitudine uiſitaret.
ex uoluntate ſci hilarii profe
ctuſ eſt. Multiſq. ab eo obſtri
ctuſ precibuſ ac lacrimiſ ut
rediret. meſtuſ ut ferunt pe
regrinationem illam adgreſ
ſuſ eſt. Conteſtatuſ eſt frib.
multa ſe aduerſa paſſurum
quod poſtea probauit euen
tuſ. Ac primum inter alpeſ
deuia ſecutuſ incidit in latro
neſ. Cumq. unuſ ſecure ele
uata in caput eiuſ libraſſet.
ictum ferientiſ dexterae ſu
ſtinuit alter. Uinctiſ tamen
poſt tergum manibuſ. uni ſer

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

uanduſ et cuſtodienduſ tradit̄ ·
Qui cum eum ad remotiora du
xiſſet · percunctari ab eo coe
pit quiſ nam eſſet · Respon
dit xp̄ianum ſe eſſe · Quae
rebat etiam ab eo an timeret ·
Tum uero conſtantiſſime pro
fitebatur nunquam ſe tam
fuiſſe ſecurum · quia ſciret
miſericordiam dn̄i maxime
in temptationibuſ adfuturā ·
Se magiſ illi dolere qui xp̄i mi
ſericordia ut pote latrocinia
exercenſ eſſet indignuſ · In
greſſuſq· euangelicam diſpu
tationem · uerbum dī latroni
praedicabat · Quid longiuſ
morer · latro credidit · proſe
cutuſq· martinum · uiae red
didit · Idemq· poſtea religio
ſam agenſ uitam uiſuſ eſt adeo
ut haec quae ſupra retulimuſ
ab ipſo audita dicantur ·
Igitur martinuſ inde progreſ
ſuſ · cum mediolanium praeteriſ
ſet · diaboluſ in itinere ſpecie
humana aſſumpta ſe ei obuiā
tulit quo tenderet quaerenſ ·
Cumq· id a martino reſponſi acce
piſſet ſe quo dn̄ſ uocaret inten
dere · ait ad eum · Quocumq·
ieriſ uel quocumq· temptaue
riſ · diaboluſ tibi aduerſabit̄ ·
Tunc ei prophaetica uoce reſpon
dit · Dn̄ſ mihi adiutor eſt ·
non timebo quid faciat mihi
homo · ſtatimq· e conſpectu eiuſ
inimicuſ euanuit · Itaq· ut
animo ac mente conceperat
matrem gentilitatiſ abſoluit
errore · patrem in maliſ per
ſeuerantem reliquit · plureſ
tamen ſuo ſaluauit exemplo ·
Deinde cum hereſiſ arriana per
totum orbem · et maxime in
tra illiricum pululaſſet · cū
aduerſuſ perfidiam ſacerdotū
ſoluſ pene acerrime repugna

ret· multiſq· ſupplicuſ eſſet af
fectuſ· nam et publice uirgiſ cae
ſuſ eſt· et ad extremum de ciui
tate exire compulſuſ· italiam
repetenſ· cum intra galliaſ
quoq· diſceſſuſ sci hilarii quem
ad exilium hereticorum uiſ co
egerat turbatam eſſe eccleſi
am comperiſſet· mediolanio
ſibi monaſterium ſtatuit·
Ibi quoq· eum auxentiuſ auctor
et princepſ arrianorum gra
uiſſime inſectatuſ eſt· mul
tiſq· affectum iniuriiſ de ciui
tate exturbauit· Cedendũ
itaq· tempori arbitratuſ· ad
inſulam cui gallinaria nom
eſt seceſſit·

DE TRANSITU SCI MARTINI·

MARTINUS IGITUR OBITU
ſuum longe ante praeſciuit
dixitq· fratribuſ diſſolutionẽ
ſui corporiſ imminere· Inte
rea cauſa extitit· qua conda
cenſem dioceſim uiſitaret·
Nam clericiſ inter ſe eccleſiae
illiuſ diſcordantibuſ· pacem
cupienſ reformare· licet finẽ
dierum ſuorum non ignoraret·
proficiſci tamen ob iſtiuſmo
di cauſam non recuſauit·
Bonam hanc uirtutum ſuarum
conſummationem exiſtimanſ
ſi pacem eccleſiae redditam
reliquiſſet· Ita profectuſ cum
ſuo illo ut ſemper frequentiſ
ſimo diſcipulorum ſciſſimoq·
comitatu· mergoſ in flumi
ne conſpicatur piſcium prae
dam ſequi· Et rapacem inglu
uiem aſſiduiſ urguere captu
riſ· Forma inquit haec dae
monum eſt· Inſidiantur in
cautiſ· capiunt neſcienteſ
captoſ deuorant· exſaturariq·